

possunt? bona temporalia quae sunt ita est
 quod tota pluuia. i. tota consolatio
 nostra est in puluere acquirendo et ter-
 renorum cinere colligendo **Psalmus lxxv.**
Serpenti puluis panis eius? Quid
plura? Jam videmus? quod in ecclesia pre-
dicatores multum semine bone do-
ctrinae seminant parum tamen de fructu
salutis animarum reportant. Multa-
tas habet ecclesia oliuas et vineas
.i. multos diuites pingues. qui
tamen oleum elemosinarum et vinum con-
solationum alijs nondistillant. **Abac-**
uc iij. Non erit germine in vineis
mentietur opus oliuae et arua non
afferret cibum

Explicit moralizatio libri deutero-

Incipit moralizatio libri iosue

Quoniam mortuo mo-
 yse iosue factus
 princeps populi
 israelitici populum
 per iordanem vellet
 transducere in terram
 promissionis et ante omnia proponeret
 ciuitatem ihericho destruere. misit
 illuc certos exploratores. Qui
 cum a rege ciuitatis quererentur ad
 mortem raab meretricis ipsos in do-
 mo recepit et sub stipula limi ip-
 sos in solario abscondit. et sic in-
 vestigantes illis et ipsos fugis-
 se dissimulans ipsos persequi psua-
 sit. Quibus factis exploratores
 motana ascenderunt et ibi tri-
 duos steterunt et tandem rediens alijs
 per secatibus et non inuenientibus eos
 ipsi ad iosue sine periculo redierunt
 Unde quia raab istos saluauerat si-

gnum sibi dederunt quod quando caperetur
 ciuitas ihericho cocineum in fenestra
 domus sue poneret et secum familiam
 et aicos aggregaret: et sic se et su-
 os a periculo liberaret. Quod utique fa-
 ctum est. Quia sicut dicit iosue sexto
 cum caperetur ciuitas viso fune ad fen-
 stram eius pedente. non fuit robusta
 sed ipsa cum aicis fuit liberata et
 ad dei populum in perpetuum aggregata.

Allegorice moyses figit legem.
Iosue ibi ihericho qui interpreta-
tur luna figit defectibile mundum:
exploratores predicatores. Jor-
danis baptismum. Terra promissi-
onis paradisi: raab vero meretrix est
aita vel gentilitas peccatrix. fumus vero
cocineus figit passionem christi vel eius
sanguinem rubicundum. Dico ergo quod
moyses mortuo. i. lege cessante.
iosue filius? nun. i. ihericho filius? dei pa-
tris trigemum populum israeliticum. i. populum fide-
lium assumpsit. Quae sunt per flumem ior-
danis. i. per baptismum in terram promissi-
onis. i. in paradisu transducere destinauit.
Dextram quia propheta ciuitas ihericho
.i. mundus et malorum hominum et gentes
istius fidelis populo dabat impedimentum
voluit ante omnia ciuitatem istam tollere. et
gentem malorum destruere: et sic eos qui
tum ad eum infidelitatis et peccati peni-
tus extirpare. per. xij. verte im-
pios et non erunt. Et ideo explora-
tores istius ciuitatis. i. apostolos et
predicatores misit. quos raab me-
trix. i. gentilitas per credulitatem
et fidem suscepit. et eos. i. ipsorum
doctrinam sub stipula limi id est
sub cordis humilitate celauit et